

1<sup>o</sup>  
71196

MAGNUM  
LEXICON  
JURIDICUM  
JOHAN. CALVINI

Aliàs K A H L Wetterani,

DUOBUS TOMIS DISTRIBUTUM.

JOHANNIS KAHL

*Aliàs*

# CALVINI

Wetterani, J. U. D. & in Academ. Heidelberg. PROFESSORIS,

MAGNUM

## LEXICON JURIDICUM:

JURIS nimirum CÆSAREI simul, & CANONICI, FEUDALIS item, CIVILIS, CRIMINALIS, THEORETICI ac PRACTICI: & in Schola, & in Foro vñatarum, ac tum ex ipso Juris Utriusque CORPORE, tum ex Doctoribus & Glossis, tam veteribus, quàm recentioribus collectarum vocum PENSUS:

*Simul & Locorum communium, & Dictionarii vicem sustinens.*

FEUDALE LEXICON; LEGES AC MAGISTRATUS ROMANOS; & cetera huic Operi adjecta vide in complemento, post finem OPERIS ipsius.

COLLECTUM VERO EST HOC OPUS EX COLLATIS INTER SESE *Juridicis, quosque hactenus ferè prodierant, & antiquioribus & recentioribus Lexicis.*

AUCTUM DEINDE, EXPOLITUM ET EMENDATUM, EX HACTENUS elicit accuratissimis lucubrationibus DD. JAC. CUIACII, BARN. BRISSONII, HUG. DONELLI, FRANCO. DUARENI, DION. GOTHOFREDI, JUL. PACII, HERM. VULTEII, JOH. GORDESI, JOH. CORNASII, PET. FABRI, MATTH. WESENBECII, aliorumque præstantissimorum Virorum: quorum Catalogum mox post Præfationes invenies.

CUM PRÆFATIONIBUS CLAR. & EMIN. JURIS-CONSULTORUM DION. GOTHOFREDI, & HERM. VULTEII.

EDITIO POSTREMA, AUCTION, & AB INNUMERIS MENDIS EXPURGATA, cui de novo accessit Jus PUBLICUM, in quo præcipue Facis Doctrina Juris Publici Romano-Germanici, brevitè enucleantur, & asterisco \* distinguuntur.

TOMUS PRIMUS.

A—L.



COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumpt. FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. XXXIV.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSARÆÆ & CATHOLICÆ MAJESTATIS

*La del  
que de Sa*

*Coloniae  
la manna*

*Lasso*

# BIBLIOPOLARUM


## PRÆFATIO

### IN HANC NOVAM EDITIONEM.



**Q**UO tibi, HUMANISSIME LECTOR, magnopere commendetur præstantissimum hoc peritissimum olim inter Germanos Jurisconsulti JOHANNIS à KAHL sive CALVINI *Lexicon Juridicum*, nostris non eget laudibus. Quanto enim in pretio semper fuerit apud Eruditos, satis superque probant non modò testimonia summorum hæc in parte Vitorum *Dionysii Gothofredi*, & *Hermani Vulteri*, in præmissis huic operi Præfationibus legenda, sed & plus quàm duodecim Editiones, quæ variis in locis, variisque temporibus in lucem prodierunt. Neque tamen omnium votis hæctenus potuerunt facere satis, qui tantæ utilitatis opus sibi comparare cupiunt, utpote in quo accuratam habes notitiam quarumcumque definitionum & vocum Juris Civilis, Canonici & Feudalis &c. Quoniam igitur novam Editionem jamdiu expectari animadvertimus, hanc tandem prælo subicere, officii nostri esse credidimus. At simul nobiscum Eruditos Lectores gaudere volumus novis, quibus aucta & quàm maxime illustrata prodit hæc nostra Editio, asterisco \* designatis. Has benigne nobis suppeditavit doctus quidam Jurisconsultus Germanus, qui ad augendum Autoris nostri laborem varia hinc inde magnâ cum diligentia collegit, atque in ordinem digessit, ad Jus Publicum Romano-Germanicum imprimis pertinentia, quæ doctis non modò Germanis non displicitura credimus, sed & exteris quoque, qui gentis illius Leges, Jura & Consuetudines nosse cupiunt. Ne autem credas parvo esse numero hæc additamenta; etenim quod in Editionibus hæctenus vulgatis unico Volumine constabat opus, nunc in duos, eosque satis spissæ molis, dispersi Tomos necesse fuit. Adde & aliam hujus partitionis causam, quòd nimirum olim minutioribus typis impressum erat, nunc verò debilibus etiam oculis prospectum est; qua in re novum, nec injucundum, Lectoribus accedit commodum. In veteribus ceteroquin Editionibus frequentiora occurrebant typhothetarum sphalmata, quæ in istâ diligenter quantum fieri potuit, emendata fuere, nova non minori sanè studio vitata: hic enim præcipua versari debet Bibliopolarum cura. Præterea citationes in toto opere admodum frequentes Italico, ut ajunt, caractere distingui curavimus, quod in Editione quâ usi sumus non fuit observatum. Denique nihil à nobis prætermissum arbitramur, quo hæc præ cæteris commendari possit Editio; nec immeritò forsàn nostri CALVINI opus simili serè Celeb. Jurisconsulti *Barnabe BRISSONII de Verborum quæ ad Jus pertinent significatione*, plurimis de causis anteponendum esse dixerimus.

Cæterum id dolemus, quòd, pro more nobis usitato, de Vita Autoris nostri nihil omninò curiosis Lectoribus offerre potuerimus, quantacumque nostra fuerit diligentia in iis perquirendis quæ doctissimi hujus Jurisconsulti nomina illustrare potuissent: idque eò magis mirari subit, quòd Germani præ omnibus de memoriâ virorem suæ gentis in Republicâ Literariâ illustriam posteritati conservandâ admodum solliciti videantur: inter illos verò non infimum procul dubio locum obtinet CALVINUS noster, quippe qui præclara plurima ingenii sui monumenta reliquit, à *Martino Lipenio* & *Augustino Fontana* in suis *Bibl. Juridicis* enumerata. Hoc igitur tantum asserere non dubitamus, patriâ fuisse Wetteranum, claruisse sub finem Sec. XVI. & incunte sequenti, atque in Academiâ Heidelbergensi Juris Professorem fuisse. Ut ut sit, nostris, *Benigne Lector*, favere conatibus, & laboribus uti velis, rogamus. *Datum Colon. Allobrogum mense Martio A. 1734.*



# LEXICON JURIS CIVILIS ET CANONICI. THEORETICI ET PRACTICI.

id est,

DE VERBORUM, quæ AD JUS CIVILE ET CANONICUM,  
THEORETICUM & PRACTICUM pertinent, significatione,  
deque ejus formulis.

## COMMENTARIUS,

Recepto literarum ALPHABETICARUM ORDINE ac more digestus.

### A.



Litera, in Græciam à Phœni-  
cia à Cadmo allata fuit, ut Pla-  
nius *lib. 7. cap. 36.* historiarum  
naturalium, de verum inventio-  
nibus loquens, testatur.  
Significatio literæ ac vocales  
hujus diversissimi est.

Notarius veteres, quibus, ut cum Mestrio lo-  
quitur litera, verbum erat; hujus literæ compendio  
integros plerumque voces illustrasse, ex Valerio  
Probo, Magnone, & antiquis inscriptionibus li-  
quet Brisson.

A, litera salutis à Cicero in Oratione pro  
Milio non sine causa nuncupatur: quandoqui-  
dam apud veteres Romanos, iudices, si causa ip-  
sis bona videbatur, rem hujus literæ indicio  
absolvebant: quippe literam A, notam absolutio-  
nis, ut docet Baldus in *lib. 2. ff. de O. J.* ex Ac-  
cacio in Oratione pro Milio (sunt literam C  
notam condemnationis, & N. L. non liquet, no-  
tam dubitationis in causa iudicij perplexa & ob-  
scura) in tabella, quam à Prætoribus accipiebant,  
singulis absolventes suo ordine adscribebant, Ho-  
tom. Spreng. Prat.

A, litera, sicut & Nota in suffragiis & comitis  
legum, qua se cives repudiare rogationem signi-  
ficabant. Nam cum tabule dari solebant: in qua-  
rum altera V. R. id est, uti rogat: in altera A,  
id est, antequam, seu antequam sequer, nava non  
placet, scriptum erat. Est enim, ut Poff. scribit  
*lib. 1.* Antiquare, in morem antiquum, seu prilli-  
num reducere, Hocom. A, in consularibus suffra-  
giorum Tabellis vix Antiquos, in Judiciis  
vix Absolvendi obtinuit, ut Brisson.

A, Augustum significat in inscriptionibus &  
Sabinus Lexicon Juridicum, Tom. 1.

subscriptionibus non rationum Cod. Theodof. &  
Justinia. & Novell. Præci. Emæ & litera A, nam-  
pe masculina (ut alia per multæ) prænotanda  
notæ, ut ex Valerio Probo. Enigmatisque  
Urb. Veteris liquida constat. Si namque punctus  
hujus literæ postpositus: Aulum significat, hoc  
modo, A. Otil. Aulus Otilius, IClin, l. 2. de  
Orig. juris Spreng.

A, præpositus, variis loquendi formis inter-  
vit: Interdum congregat, præsertim causas effi-  
ciendam (cujus subinde nota est) cum causico seu  
effedo: interdum segregat; idque vel propinquius  
vel longinquius. Causicivæ accipitur apud D.  
Augustinum & Hieronymum, *conjuges & conju-  
gat, cap. 27. qn. 2.* Quandoque causas ad aliquid  
faciendum instrumentales seu efficietes admini-  
strat (hoc est, ministros cortos, vel certis offi-  
ciis & dignitatibus præfectos) designat; idque  
certis quibusdam nominibus conjuncta; ut à ma-  
nu, à studio, à commentariis, à libellis, à in-  
tionibus, à secretis, de quibus formulis non in-  
fæ. Sueton, in Claudio Super hoc Polybium & Sta-  
tilium, Narcissam ad epistolæ, & Pallarem à ratio-  
nibus. Sumitur etiam pro Ex, apud Gajum, *l. adit*  
*7. §. quod si quis, ff. de acquir. rer. dom.* A te pro  
Ex te, Ab his, pro Ex his, Ex hominum numero,  
*l. 34. de usu & usufruct.* Ab hoc legato retinere,  
pro Ex hoc, *l. 25. de liberat. legat.* Brisson. Pro  
dono, quando Alciat. *lib. 7. Parerg. c. 21. ac-*  
cepti debet apud Terentium Clemenem 1. *sed si*  
*hoc sit, §. 2. ff. de cond. et deman. lib. ff. de li-*  
*beris non nuptis;* & dono vel quædam filios  
habuerit, eos non deserent. Sicut etiam idem  
quod Pro: quo significata elegans: usurpatæ,  
cum inter partes disidentes indicantur alterutrum

A propu-